



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniæ Agrippinæ, 1707

Q. 3. An omnis injusta actio fundet obligationem restitutionis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42561

contristationis & facilius dissolvendæ amicitiae.

- ¹⁶ Q. 3. *An omnis iniusta actio fundet obligationem restitutio-*nis. R. Negativè, nam si non sit actio danno-sa, non est obligatio restituendi, quamvis possit esse obligatio satisfaciendi pro iniuria: ita S. Th. opusc. 73. c. 20. si aliquis passus sit injuriam & non damnum, illi non est facienda de iure restitutio realis, sed tantummodo secundum genus iniuriæ facien-dia est emendatio per similem satisfactionem: idem ha-bet. 2. 2. q. 62. a. 6. ad 1. Idem tenent alii com-munissimè cum Dicast: d. 2. dub. 6. & 7. Hinc si quis internè optet inferre damnum alteri, quam-vis peccet contra justitiam, non ideo tenetur re-stituere, quia re ipsa per hoc non infert damnum; idem est si Judex malevolus proferat in aliquem sententiam, quam putat esse iniustam, si re ipsa justa est; item si rapiam à te vestem, quam puto esse tuam, est autem mea; item si rapiam num-mum cupreum putans esse aureum, teneor tan-tum cupreum restituere, quia in hoc solo damni-ficavi: item si filius pecuniam pro victu submis-sam prodegerit lusu, sed non ideo causaverit da-mnum patri, quia parcius vixit, peccavit qui-dem etiam contra justitiam, attamen non teneri re-stituere docet Dicast. d. 9. n. 181., quia non cau-savit damnum, sed tantum usurpavit ad ali-um finem invito patre. Quòd si iniuria sit contra honorem, pro eius læsione debetur plerumque satisfactio, uti, postea dicetur. An autem debe-a-tur restitutio pro actione danno-sa, sed non ini-usta nisi propter intentionem internam, dicetur à n. 148.

- ¹⁷ Q. 4. *An injuria purè danno-sa fundet obligatio-nem restituendi.* R. Injuria potest fieri, in primis acci-